UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlae Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

De promouendis in Professos, Coadiutores, & Scholares. Cap. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68329

Visual Library

ſtri accipere poſſunt, nomine tamen Docto-ris, vel Magiſtri ratione gradus, inter ſe non vtantur. — gistri nō vtantur.

De promouendis in Profeſſos, & Coadiutores formatos, ac ſcholares.

CAP. VIII.

65 POteſt admittere poſt biennium ad vota ſimplicia ſcholaſticorum approbatorum, & Coadiutorum non formatorum, quos in Domino idoneos iudicauerit, iuxta Regulas, & Conſtitutiones. — P.4. c.3. §.3. & p.5.c.4. §.3. et 6. Qui ad vota ſimplicia admittendi.

66 Curet autem, vt quamprimum aliquis biennium Nouitiatus expleuerit (niſi iuſta de cauſa differendus videretur) peractis ijs, quæ in examine habentur, hæc vota in ſacro antequam communicet, emittat coram aliquibus domeſticis tantum, non tamen inter eos, qui tunc forte vota renouarent, etiam ſi ea prius ex deuotione edidiſſet. — Quomodo ea vota poſt biennium emittenda. In Exam.c.4. §.41. et 27. In Exam.c.1. §.11.

67 Si quos, vt indifferentes admiſerit (quod raro fieri debet) poteſt eos applicare ad gradum Coadiutorum, vel ſcholaſticorum, ſicut magis in Domino conuenire iudicabit. [a] In hac vero claſſe indifferentium vltra tēpus biennij probationis nemo maneat. — Indiffrētes ad gradum applicandi. [a] Can.2.Cōg. 4. in Exa.c.4. §.6.et p.5.c.1 §.3.et c.2.§.1 P.5 c.2. et p. 4. c.9.§.3.

68 Scholaſtici ſimulatque Superiorum

arbi-

Tertia Probatio ſcholaſticorum. arbitrio ſtudia abſoluerint, tertium probationis annum in Domibus probationum peragant, quod ſi commode fieri non poſsit, in Domibus Profeſſorũ, vel in Collegijs probari eos faciat iuxta regulas nouitiatus.

De promouendis ad gradus Societatis. 69 Finita viſitatione conſideret, qui ſint idonei in ſua Prouincia, vt in Coadiutores formatos ſpirituales, vel temporales, aut in Profeſſos iuxta Conſtitutiones, & inſtructionem à Generali traditam admitti poſsint, & ſecundum eamdem accurate Generalem informari curet.

Seruãda ante quã admittantur ad gradus In Ex c. 1. §. 8 et c. 4. §. 2. et 27. 38. 41. et c. 6. §. 8. et p. 5. et 6. c. 2. §. 12. et Can. 3. Cong. 2. P. 6 c. 2. §. 1. et p. 10. §. 6. P. 5. c. 3. §. 2. et c 4. § 1. 70 Antequam admittat eos, qui cum Generalis facultate profeſsionem, vel vota Coadiutorum formatorum emiſſuri ſunt, ea ſeruari curet, quæ ab ipſis erunt facienda; eiuſmodi ſunt diſpoſitio bonorum temporalium, ſi quæ adhuc habuerint; exercitia ſpiritualia, confeſsio generalis, & alia, quæ in Conſtitutionibus, & Decretis Congregationum dicuntur, in profeſsione etiam, & ijs votis emittendis ſeruentur, & vt publice fiant, & in ceteris omnibus, quæ Conſtitutiones præſcribunt.

Vota ſimplicia poſt profeſsionẽ emittenda In 1 Cõg. tit. 6. dec. 23. et 71 Qui profeſsionem fecerint, etiam trium votorum, emittant vota illa ſimplicia, quæ poſt profeſsionem emittenda ſunt, idque iuxta formulam primæ Congregationis, vt à tertia recognita eſt: & doctrinam Chriſtianam

nam

nam tam ipſi, quam Coadiutores formati ſpirituales per quadraginta dies intra annum doceant.

in 3. Congr. dec. 70. Can 10. Cōgr. 2.

72 Habeat librum, in quo eorum nomina ſcribantur, qui vota ſolemnia, vel ſimplicia poſt biennium in Domibus, vel Collegijs ſuæ Prouinciæ emittunt iuxta ordinem Præpoſitis Domorum, & Rectoribus traditum.

Can. 10. Cōgreg. 2. P. 5. c. 3. & 4. Notentur vota ſolemnia emittentes:

73 Cum aliqui profeſſionem, vel vota Coadiutorum formatorum fecerint, exempla huiuſmodi votorum, & aliorum quinque, quæ profeſſi poſt emiſſam profeſsionem faciunt, nomine ipſorum ſubſcripta, ad Generalem quamprimum tranſmittat.

Quænā ſubſcripta ad Generalem mittenda:

74 Conſtituat iuxta Conſtitutiones, vt Profeſsi, & Coadiutores ſpirituales formati ſuæ Prouinciæ in Domibus Profeſsis, quantum fieri poteſt, commorentur.

P. 6. c. 2. §. 3. et 4. Qui in Domibus profeſſis commorabuntur.

De rebus Collegiorum, & Domorum.

CAP. IX.

75 AEdificia conſeruari, & ſi opus erit, inſtaurari curet: quod ſi quæ ædificanda maioris momenti fuerint, vt eſſet templum, dormitorium, vel aliquid huiuſmodi, niſi approbante Generali non fiant, ad quem per-

Can. 11. Congreg. 1. Can. 9. Congreg. 2. Aedificia curabit.